UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Thare. Cap[itulum]. lv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶De ſancto Faleth. Cap.li.

FAleth filiꝰ heber etatis parentis anno .xxxiiij. ꝓgenitꝰ eſt: vt ſuperius eſt premiſſum: anno ſcꝫ etatis Noe.ccccccccci. qui cũ eſſet annorũ.xxx. genuit reu: cui nato ſuperuixit annis.ccix. vſqꝫ ad annũ.xlviij. natiuitatꝭ abrahe. Et ſic impletis annis. ccxxxix. mortuus eſt. Cuius tẽpore edificata eſt turris babel a nemroth principe filiorꝝ chã: ⁊ alijs et filijs Sem ⁊ iaphet cõplicibꝰ eius. Ita ꝙ in ipſo edificio de vnaquaqꝫ generatione omniũ trium filiorꝝ noe aliqui cõuenerũt. Et ſic cũ eſſet ſola vna lingua hebrea in.lxxij. linguas hũanus ſermo diuiſus eſt: hebrea lingua in ſola familia heber remanẽte: q̃ in tali cõſpiratione nõ fuit. Diuiſeqꝫ ſunt familie Noe in tribus partibus mũdi: filij ſem aſiam: filij cham aphricã: filij vo iaphet europam regionem tenuerunt.

¶De ſancto Reu. Cap.lij.

REu qui ⁊ ragau filiꝰ faleth etatis patris anno.xxx. genitus vt dictũ eſt anno videlicet Noe.cccccccccxxxi. Cũ eſſet annorũ.xxxij. genuit ſaruch. Quo ꝓgenito ſuperuixit annis.ccvij. videlicet vſqꝫ ad annum.lxxviij. nati abrahe. ſicqꝫ reu decurſis annis.ccxxxix. mortuus eſt.

¶De ſancto ſaruch. Cap.liij.

SAruch filius reu natus eſt anno etatis patris. xxxij. vt dictũ eſt: videlicet anno etatis Noe.cccccccclxij. Qui cum eſſet annorũ.xxx. genuit nachor. Quo nato ſupuixit annis.cc. videlicet vſqꝫ ad annũ vnũ poſt natũ Iſaac. Et ſic ſaruch annorꝝ.ccxxx. mortuꝰ eſt.

¶De ſancto Nachor. Cap.liiij.

NAchor filiꝰ ſaruch natus eſt anno etatis patris.xxx. vt dictũ eſt: videlicꝫ anno etatis noe ccccccccclxij. Qui cũ eſſet annorũ xxix. genuit thare. Cuiqꝫ nato ſupuixit annis cxix. videlicet vſqꝫ ad ãnos.xlix. natiuitatis abrahe. Et ſic nachor annorꝝ. cxlviij. mortuꝰ eſt.

¶De ſancto Thare. Cap.lv.

THare filiꝰ nachor anno etatis patris.xxix. natus eſt: vt ſuperius dictũ eſt: anno videlicet Noe.ccccccccccxxi. Qui annorꝝ.lxx. genuit tres filios: videlicet abrã qui ⁊ abrahã de quo ſuo loco dicet: et nachor atqꝫ arã. Poſt quorũ natiuitatem ſuperuixit annis.cxxxv. videlicet vſqꝫ ad annos. xxxv. natiuitatis iſaac. Et ſic thare annorũ.ccv. mortuꝰ eſt. Habitauit autẽ thare in ciuitate chaldee: que vocatur vr: vbi interfecto filio eius aram a chaldeis: vt ſtatim dicetur. Thare moleſte ferens nec valens ſubſtinere iniurias que ſibi faciebãt: eo ꝙ ignẽ nollet colere quẽ chaldei colebant: tulit omnẽ ſuam familiam filios videlicet et nepotes: et egreſſus inde de terra natiuitatis ſue habitauit peregrinus in meſopotamia in ciuitate que dicitur aram ſiue charraz: vbi ⁊ mortuus eſt.

¶De ſancto Aram. Cap.lvi.

ARam filius thare et frater abre in terra chaldeorum genuit filiũ nomine Loth ⁊ duas filias: quarum vna vocata eſt melcha ⁊ alia ſarai. Cum autem chaldei ignem adorarent: ⁊ abram atqꝫ aram filios thare ad colendum ignem compellerent: filiiqꝫ vtpote veri dei cultores recuſarent: proiecerunt eos chaldei in ignem. Et aram ibi expirãte. Abram dei auxilio de flamma liberatus eſt: vt tradũt hebrei. vnde dicitur. Ego ſum qui te eduxi de vr chaldeorum: quia chaldei vr ignem appellabant. vnde ⁊ aram inter veteris teſtamenti matres aſcribitur: quia pro veri dei cultus religiõe occiſus eſt. Tunc thare pater eius dedit melcha filiam aram in vxorem nachor filio ſuo et ſarai alteram eiuſdem filiam dedit in coniugem abre alteri filio ſuo . Et qꝛ ſarai ſterilis erat abram adoptauit loth filium aram fratris ſui ⁊ fratrem ſarai in filium. Cum quibus omnibus thare egreſſus de terra chaldeorum habitauit in aram: vt ſuperius dictum eſt. Hec omnia de libro geñ. a.c.vi. vſqꝫ ad.xij. ⁊ ex chronicis Joſephi Hieronymi ⁊ methodij atqꝫ ex hyſtoria ſcholaſtica colliguntur.

¶Da ſancto Geminiano epõ. Cap.lvij.

GEminianus epiſcopꝰ nobilibus parentibus mutine oriundus tempore iouiani imperatoris claruit. Qui ab annis puerilibus litterarum ſcientia eruditus ſanctiſqꝫ virtutibus inſignitus: templum corporis ſui chriſto domino dedicauit. clericaleqꝫ adeptus officium: ſe totum dei ſeruitio ſubegit: donec gradatim ab epiſcopo mutineñ. antonio diaconatus ordinem promeruit Poſt cuius tranſitum a populo in epiſcopum eligitur: ⁊ ex humilitate refugiens ⁊ latitans: tandem repertus producitur: ⁊ inſtante patricio ac populo mutineñ. ab archiepiſcopo rauẽnate in epiſcopum cõſecratur. Reuerſus ergo geminianus ad vrbem propriam in ſancta religione domino ſeruiebat: et commiſſum ſibi gre